

Tandem reddit rationem, car natura plures nobis concelebrat sensus...

CAPUT XII.

à text. 136. usque ad 150.

39 Radia jam completa cognitione sensuum exteriorum, pergit modo Arist. ad explicandas internas potentias sensitivas...

40 Ut autem proponat dubitationes satisfaciatis, proponit sensum, & sensibile duobus modis considerari posse...

41 Ex his pergit ad probandum præter quinque sensus externos dari alium sensum communem omnibus sensibilibus...

42 Contra traditam doctrinam inquit in text. 147. quia sequeretur eandem potentiam simul moveri contrariis motibus...

dem, quatenus omnes actus illorum percipiuntur à sensu communi...

CAPUT XIII.

à text. 150. usque ad finem.

43 In hoc cap. naturam phantasiae, vel imaginativae, seu interni sensus intendit explicare...

44 Prosequitur quoque à text. 155. imaginationem à ceteris distingueret, & probat, primum non esse sensum...

45 Intendit deinde explicare, quid sit imaginatio, postquam ostendit, quod non sit, pro quo supponit quatuor...

46 Procedit deinde demonstrando aliud attributum intellectus possibilis, scilicet ipsum non esse additum organo corporeo...

ne provenit, sine quo nihil videtur. Et quoniam hæc imaginatio est actio immaterialis...

LIBER TERTIUS.

Ubi de Anima intellectiva specialiter differitur.

CAPUT I.

à text. 1. usque ad 19.

46 In præcedenti libro determinavit Aristot. de gradu vitee vegetativæ, & sensitivæ, in præsentibus declarare intendit...

47 Ut naturam intellectus possibilis explicet, illum considerat in hoc, & sequit. cap. in dupli. statu, in primo, quando nihil eorum habet...

48 Procedit deinde demonstrando aliud attributum intellectus possibilis, scilicet ipsum non esse additum organo corporeo...

49 Explicato primo statu intellectus possibilis, considerat in text. 8. secundum statum in quo intellectus dicitur esse in habitu...

cipiuntur in organo; vel in toto conjuncto. Secundum, quod colligit, est discrimen quoddam inter sensum, & intellectum...

49 Explicato primo statu intellectus possibilis, considerat in text. 8. secundum statum in quo intellectus dicitur esse in habitu...

CAPUT II.

à text. 9. usque ad 17.

50 In hoc cap. aliquis proponit dubitationes contra præcedentem doctrinam, & solvit; Primum, dubitat contra illud asseritum...

51 Secundò, proponit duas alias dubitationes contra alia duo asserita, dixerat enim intellectum quodammodo pati, quia intelligere est quoddam pati...

52 Respondet primæ difficultati, assumptum scilicet agens, & patientes debere communicare in materia, esse verum de passione corruptiva...

men temporis sit sciens in habitu per species intelligibiles, quod dici potest intelligere in habitu, sit sciens, & intelligens in actu per intellectum. Ad 2. aut quod intelligibilium alia sunt per se intelligibilia, quae scilicet carent materia, alia non per se intelligibilia, ut materialia, intelligibilia primo modo potest esse simul intelligens, non autem intelligibile secundo modo, quod non est intelligendum quasi quod omne immateriale sit intelligens, nam, universa est immateriale, non tamen intelligens, sed solum, quod non renouat immateriale aliquid esse simul intelligens, unde ad argum. dici potest, intellectum esse intelligibilem, quatenus est ens, nam intelligibilis est passio entis; esse vero intelligens, ut intellectus est, necque haec duo inter se pugnant, scilicet esse simul intelligibile, & intelligens, quia etiam intellectus sit aliquid modo idem cum quocumque intelligibili à se distando, hoc est in esse intentionali. Cur autem intellectus non semper intelligat se, si est intelligens simul, & intelligibile; non respondet Arist. dici tamen potest, hoc esse, quia se non immediate sed per alia intelligit; tum quia est phantasmatis alligatus, unde saepe se considerat, quae cum materia sunt coniuncta. Tandem addit, materialia non esse nisi potentia intelligibilia, quatenus beneficio abstractionis intelligibilium specierum sunt immaterialia, unde nequit illis competere intellectus, quae potentia immaterialis est.

CAPUT III.

à tex. 17. vsq; ad 21.

33 Explicando secundum statum intellectus possibilis. Arist. docuit ipsum reduci de potentia ad actum, non secundum, sed primum, & completum recipiendo species intelligibiles, quibus dicitur singulari factus; occasione huius in prima parte praesentis cap. agit Arist. de intellectu agente; postea considerat intellectum possibilem in tertio statu, quando scilicet actu est sub intellectione.

De intellectu agente tribus prioribus textibus tria praestat, manifestat enim necessitatem, officium, & attributa. Ut necessitatem ostendat, format syllogismum, cuius maior, & conclusio explicite habeatur, minor vero implicite; syllogismus talis est; in omni natura id est in omni effectu, & reproducta duo principia necessarii requiruntur; alterum, quod est materia, quae sit potentia omnia illius generis, alterum, quod sit actu, & efficiat, potentiamque ad actum promovet, haec maior probatur ab Arist. exemplo artificialium, in quibus adest materia, quae potentia est omnia artificialia in tali genere, adest etiam ars, quae reducit materiam ad actum introducendo formam; hinc non debet intelligi haec maior, nec de materia proprie dicta, ut significat materiam primam, sed ut denotat omne receptivum alius de novo, ut intellectui possibilem possit competere, nec de omni effectu, sed solum de illo, qui per mutationem causetur, nam cum productus aliquid subditus immateriali, non adest principium receptivum. Minor subintelligit est illa, sed intelligere est quidem effectus de novo in anima existens, ergo debent in anima haec differentiae reperiri, unum scilicet tanquam materia, & est intellectus possibilis, alterum tanquam efficiens, & actus, & erit intellectus agens. Per ly intelligere in minori quidem explicat ipsam intellectionem actualem, reclusi intelligi debet species intelligibiles, quae intelligere habitualiter dicitur, continens intellectum scientem in habitu, tum quia de intellectu actuali non est adhuc locus Arist. in praecedentibus, sed solum de specie intelligibili; tum quia intellectus agens non est efficiens intellectus actualis, sed tantum speciei intelligibilis. Per ly differentiae in conclus. Zim. theor. ar. intelligit veras partes essentielles componentes intrinsece animam per modum actus, & potentiae; at Scotus d. 2. 16. qu. un. E. rationabilis intelligit partiales perfectiones animae, non enim anima in proprio esse constituitur ex intellectu agente, & possibili tanquam ex partibus, cum sint potentiae ipsae.

34 Declarat posse minus intellectus agentis dicens, quod sicut intellectus possibilis est omnia fieri, id est omnium species intelligibiles recipere, sic intellectus agens officium est omnia facere id est omnium species intelligibiles producere (an totaliter vel partialiter, dicemus in qu.) hanc doctrinam explicat exemplominis, nam sicut colores, antequam adit lumen, sunt visibiles potentiae, adveniente lumine fieri actu visibiles, sic intellectus agens est habitus, id est forma quaedam, quae ad instar luminis facit potentia intelligibilia actu intelligibilia.

Patefacit ultimum naturam, & attributa intellectus agentis, & quatuor enumerat proprietates, quod scilicet sit separabilis, id est non affixus organo corporis, immixtus, seu non compositus ex res materialibus, & sensibilibus, impassibilis, passione corruptiva, & substantia actus, seu, ut legit Dod. quol. 14. Si substantia in actu, quia scilicet nullius speciei est receptiva, vel quia est essentia quaedam activa ad differentiam passibilis intellectus, qui est receptivus (hic locus varie legitur ab expositoribus ut videbimus disp. de intellectu qu. 5. art. 2.) Subiungit probationem, cur priora tria attributa convenienter intellectui agentis, nam si passibili convenienter, multo magis agenti, quia agens est nobilior passio; quae probatio absoluta non concludit, non enim agens est semper perfectus simpliciter passio, sed quandoque secundum quid, ex quo non sequitur perfectio convenienter passio necessario competere quoque agenti; in proposito tamen concludit, supponendo ex dictis intellectum agentem esse differentiam,

& potentiam rationalem animae, ac per consequens idem substantiat, & realiter cum intellectu passibili, potentiae enim solum formaliter ab anima differunt; quo supposito restat deducitur, quod si haec attributa convenienter intellectu possibili, multo magis agenti.

35 In secunda parte cap. quae abolvitur text. 20. considerat intellectum passibilem in tertio statu, ut stat sub intellectione, & quatuor de ipso dicit, deinde quoddam corollarium colligit; primum, quod profert de intellectu in actu est, quod intellectus, dum exercet intelligendi, quem vocat scientiam secundum actum, est idem cum re intellecta, quod est intelligendum de identitate accidentalit, seu intentionali; secundum, quod intellectus in actu in uno, eodemque individuo est tempore posterior intellectu in potentia, anima enim non statim in ipso otio habet actum intelligendi, sed post aliquod tempus; admonet tamen, quod si indefinito loquatur, neuter intellectus est absolute prior, quia cum fuerit in ipso sententia ponentis mundum ab aeterno, infiniti homines, non poterit assignari intellectus in potentia unius, quin intellectus in actu alterius praecedat illi. Tertium, quod intellectus in actu non est huius conditionis, quod aliquando intelligat, aliquando autem non, facti est de intellectu in potentia, & in habitu, sed semper intelligit; quo loco non loquitur de intellectu agente, ut vult. Zab. lib. de mentem. c. 10. sed de intellectu passibili in tertio statu, qui dicitur semper intelligere in sensu composito, ut stat sub actu. Quartum, quod intellectus in actu est separatus, id est immortalis, & perpetuus, non absolute, sed quod quod est, scilicet quod ad quidditatem, & essentialitatem, non quod ad intelligere, & secundum operationem, quam habet in corpore, unde operatio destruitur, substantia autem ejus semper manet. Ex his colligit, quod esse intellectus semper manet, tamen post mortem non remanet, id est post mortem remanet recordatio, seu memoria sensitiva, seu cogitativa, quam hic Arist. vocat intellectum passivum, ut exponit Scot. 4. d. 35. qu. 1. in fine; ratio est, quia maximam habet propinquitatem ad verum intellectum, & hanc sententiam virtutem, seu passivum intellectum ait esse corruptibilem, quia est vis in corpore, quo extinguitur, & ipse extinguitur; & addit, quod sine hoc, scilicet sine intellectu passivo, sine sine imaginatione nihil intelligit anima, non quod absolute, & simpliciter in quocumque statu, etiam separationis non potest anima intelligere, aliquid esse mortalis, sed vult dicere animam nihil posse intelligere eo intelligendi modo, qui in corpore, scilicet recurrendo ad phantasmata, si caret phantasia. Hos textus uberior examinabimus disp. de intellectu q. 5. art. 2.

CAPUT IV.

à tex. 21. vsq; ad 28.

36 Intendit Arist. in praesenti declarare actus intellectus, postquam naturam, & quidditatem ipsius explicasset. Et primo distinguit duplicem intellectus operationem, alia dicitur simplicium apprehensio, quam appellat intellectionem indivisibilem, id est simplicium rerum, & terminorum, altera apprehensio componitur, & dicitur compositio, nomen autem compositiois largè sumit, prout comprehendit propositionem tam affirmativam, quam negativam, nam si sitra dicitur, solum affirmativae competere; non facit autem mentionem de tertia operatione, scilicet discerni, vel quia sub secunda subintelligit, vel quia communiter ab antiquis dividi solebat operatio intellectus in has duas; inter quas duplex adest differentia; primum, quod circa primam operationem non contingit veritas, & falsitas; sed bene circa secundam, contingit autem potest veritas, quando coniunguntur, aut separantur, quae coniungenda, vel separanda sunt falsitas quando coniunguntur, quae separanda sunt vel separantur, quae sunt coniungenda, rursus in ordine ad tempus potest esse falsitas si scilicet extrema componuntur, quando non sunt unita, licet fuerint vel forent unita, aut separantur unita, quamvis antea fuerint unita (quod solum locum habet in contingentibus, nam propositiones necessariae abolvuntur à tempore) ut si hodie dicatur Petrus albus, prima operatio antecedit secundam necessario, non enim possibile componere, nisi res apprehensas.

37 Hac distinctione assignata declarat primum membrum, scilicet apprehensionem indivisibilem, seu incomplexoriam; & ait, quod indivisibile potissimum tribus modis capitur: primo modo sumitur pro eo, quod non est actu divinum, potest tamen dividi, & est quocumque totum habens partes, quod tripliciter potest intelligi, primo ut totum, quoddam in consensu, non dividendo illud in partes. Secundo dividendo in partes singularem, & successivam illas intelligendo. Tertio intelligendo simul, & directè omnes illas partes: primo modo intelligitur ut totum quoddam individuum, & in tempore indivisibile, quod vel intelligit inans, vel partem aliquam temporis, in qua conservetur intellectus, dicitur autem haec pars indivisibilis, quia non dividitur actu, sed in toto illo tempore intelligitur totum; & in qualibet medietate idem totum intelligitur, non medietas totius. Si secundo modo intelligitur, iam tempus intellectiois divideretur, quia in una medietate una pars totius perciperetur, in alia medietate altera pars intelligeretur, & tandem in tertio modo intelligitur, fit in tempore indivisibili, quia in toto tempore, & in qualibet parte temporis omnes partes simul intelliguntur.

Secundo modo sumitur indivisibile secundum formam, & essentialitatem, & est, quod habet unam quidditatem, habeque similitudinem cum primo indivisibili, nam sicut in secundo est aliquid, scilicet essentialitas, quae facit omnes partes totius esse unum, id est conspirare ad unam essentialitatem indivisibilem, sic forsitan in primo inest aliquid indivisibile, quod est causa, ut continuum sit unum; quod in longitudine erit punctum, in latitudine linea, &c. hoc autem indivisibile secundum formam, & essentialitatem, ait, intelligit ab antiquo indivisibile tempore, & indivisibilis intellectione; & licet habeat hoc indivisibile partes, in quas potest dividi, iuxta quarum divisionem potest dividi tempus, quo illae seorsim concipiuntur, & licet etiam huius indivisibilis intellectione potest durare per tempus diversum; tamen talis divisio illi accidit, quia ratione sic intelligitur, nam cum praefertentur essentialitatem indivisibilem individuo tempore nata sunt percipi.

38 Tertio modo sumitur indivisibile pro eo, quod tam actu, quam potentia est tale, ut punctum in linea, instans in tempore, & hoc vocatur ab Arist. indivisio, quia super illud fit divisio continua, docetque monstrari, id est apprehendi ab intellectu non per se, sed per contrarium, quae quasi contrarium, scilicet per negationem continui, unde ad modum privationis cognoscitur, quae non nisi per positivum oppositum intelligitur, ut malum per bonum, nigrum per album; ubi notanter dicit ad modum privationis, quia punctum non est vere privatio, sed entis positiva. Sub inferit, modum hunc cognoscendi unum per aliud, ut privationem per habitum esse proprium illius facultatis, quae est in potentia, & non in actu puro, & ut inest hoc contrarium, per quod intellectus manet actu, & cognitionem alterius, talis autem facultas est intellectus humanus; quod si aliquis intellectus datur, qui in seipso omnia univè, & simpliciter comprehendit, ita ut praecipuum unius contrarii non deducatur in cognitionem alterius, talis erit actus purus liber ab omni potentia, qualis est ipsa divina mens.

In tex. 26. explicat conditionem operationem intellectus, quam dictionem vocat, intelligendo nomine ditionis propositionem affirmativam, & negativam, & ait, quod omnis dictio vera est, vel falsa, intellectus autem non omnis, nomine intellectus prima operatio deest, potest autem intelligere, aliquid esse mortalis, sed vult dicere hoc, quod si vera, vel falsa, sed solum secunda, illa autem, quae est circa quod quid est, id est essentialitatem, est vera semper, (sumentem veritatem largè) & est apprehensio essentialitatis, ac prima operatio. Hoc autem manifestat exemplo sensus, dicens, quod sicut sensus visus circa proprium obiectum non errat, sed semper est verus, potest autem contingere error applicatione, & compositione objecti, ut quod homo fit albus, vel lapis, sic intellectus, quia est potentia immaterialis in ordine ad essentialitatem abstractam à materia, & conditionibus individualibus est habet. Tandem realitatem, quae laqueum dixerat in tex. 19. intelligit in actu, & in potentia, ac intellectum unum facere cum re intellecta.

CAPUT V.

à tex. 28. vsq; ad 38.

39 Intellectiva operatio non solum dividitur in primam, & secundam, sed etiam in practicum, & speculativem, quapropter ut exactè declarat Arist. operationem intellectus, post explicatam primam divisionem aggredditur in praesenti cap. secundam divisionem, quam ut explicet, praemittit nonnulla, quae sensui convenienter autem potest veritas, quando coniunguntur, aut separantur, quae coniungenda, vel separanda sunt falsitas quando coniunguntur, quae separanda sunt vel separantur, quae sunt coniungenda, rursus in ordine ad tempus potest esse falsitas si scilicet extrema componuntur, quando non sunt unita, licet fuerint vel forent unita, aut separantur unita, quamvis antea fuerint unita (quod solum locum habet in contingentibus, nam propositiones necessariae abolvuntur à tempore) ut si hodie dicatur Petrus albus, prima operatio antecedit secundam necessario, non enim possibile componere, nisi res apprehensas.

62 Postquam Arist. legit in praecedentibus de potentis vegetante sentiente, & ratiocinante, qui sunt tres gradus animalium, percipit motum ad declarandum quartum gradum locomotivum, non ut canis, sed progressivo motu, quem gradum ultimo loco explicat, quia cognitionem aliquam, vel sententiam, vel intellectivam praetipponit. De quo duas movet dubitationes de principio huius motus effectivo, num scilicet sit aliqua facultas animae, vel ipsa substantia animae, & si est facultas, an sit aliqua ex hactenus explicatis, scilicet vegetante, sentiente, vel intelligente. Primo relativit negativè secundam quæstionem ostendendo principium regressivi motus non esse aliquid ex his facultatibus. Non est potentia nutritiva, tum quia motus progressivus est unitus, ac praeparationi imaginationem, & appetitum, quia sit ad prosequendum bonum, vel fugiendum malum, quibus caret plantae, nec facultas vegetativa, quae praeparationem: tum quia plantae progressivè moventur, habentque organa necessaria ad talem motum, nam non deficit natura in necessariis, & nihil facit frustra. Nec est virtus sensitiva, nam multa animalia carent illo motu, & immobiliter fixi in aëre, carentque instrumentis necessariis. Nec est intellectus, hic enim dividitur in speculativem, & practicum, non est intellectus speculativus, quia hic non tendit ad opus, sed in simplici contemplatione sitit, motus autem progressivus fit propter protectionem boni, vel mali fugam; nec est practicus, tum quia adesse quandoque dicitur practicum in intellectu, & minus sequitur motus. Nec tandem erit appetitus propter eandem rationem, multoties enim appetitus, quae

sum, nam sicut sensibile movet sensum, sic phantasma intellectum, & sicut sensus apprehendendo sensibilem conveniens, vel disconveniens movet appetitum ad protectionem, vel fugam, sic intellectus concipiendo obiectum sub ratione boni, vel mali, movet appetitum ad protectionem, vel fugam; anima enim non intelligit situm ad protectionem, vel fugam, quia occasione quorum agit de unitate sensus communis, quem ultimum appellat, & terminum exteriorum sensuum; & ait esse unum re, licet diversa exercent munera, quia ratione idem de intellectu dicendum, quod fit unum re, licet pluram sit phantasmata, quod probat argumento à commutata proportione, sicut enim se habet album ad nigrum, ita phantasma albi ad phantasma nigri, ergo à commutata proportione, ut se habet album ad suum phantasma, ita nigrum ad suum; si igitur phantasma albi, & phantasma nigri infunt uni, hoc est spectant ad unam potentiam, sicut album, & nigrum ad unam pertinet, ita potentia erit una, sicut ista, ergo sicut ista, quae est sensus communis est una re, plures ratione, ita intellectus. Habito igitur, quod intellectus movetur à phantasmatis, dicitur de re prosequenda, aut fugienda, ostendit deinde modos, quibus excitatur intellectus practicus ad haec dictamina habenda, & ad deliberandum de re prosequenda, aut fugienda, & ait, quod sicut in illis, id est in sensibilibus praesentibus movetur intellectus à phantasmatis eorum ad operationem practicam, & percipit fugiendum, vel legendum, sic & extra sensum, id est potest etiam moveri, & excitari intellectus practicus extra sensum, hoc est à sensibilibus absentibus per phantasmata, in quibus representantur illa sensibilia absentia, & per speciem intellectibilem, quam hic vocat intelligentiam, manifestantia enim conservantur in anima, scilicet in memoria sentiva.

61 Determinat postea de intellectu speculativo à tex. 34. & ait practicum à speculativo fecerit, quia cum intellectus cognoverit aliquid sub ratione iucundi, & molesti, boni, & mali, & ratione huius cognitionis excitaverit appetitum rationalem ad fugam, vel protectionem, tunc in actione est, scilicet tunc dicitur intellectus practicus dirigens in actionem, & practicum, & per quod dicitur a speculativo à speculativo est sine adione, id est non dirigit in actionem, sed simpliciter circa verum, & falsum veritatem, abstrahit quod veritatem circa tale verum, & falsum non in communi, sed determinatum ad bonum, & malum. Insuper intellectus speculativus intelligit abstracta à materia, vel quae considerantur tanquam abstracta, ut sunt entia mathematica, quae secundum considerationem solum abstrahunt à materia sensibili, non secundum rem; an autem possit cognoscere aliquid totaliter à materia abstractum, ut sentit intelligentia, alibi dicitur.

Tandem concitit epilogum eorum, quae hactenus de anima determinavit, & primo ait, animam esse quodammodo omnia, nam res omnes, vel sunt sensibiles, vel intelligibiles, anima est omnia intelligibilia in intellectu, quod per species intelligibiles illis univè, est omnia sensibilia per sentitum, quibus mediis speciebus sensibilibus univè, ait intellectum, & sensum dividi ad modum intelligibilem, & sensibilem, sicut enim ista alia sunt in potentia, quandoque in actu; unde necesse est, ut sint in actu, quod habeant in seipsis vel res, vel formas rerum, seu species intelligibiles, non res, quia lapis non est in anima, ergo species lapidis. Tertio, quod intellectus, ut speculetur, necesse est phantasmata intueri, reddit rationem, quia omnis res naturalis est cum magnitudine, id est cum materia sensibili, & singulari, quare nihil naturale intelligi potest, nisi sentiantur à sensu. Tandem docet secundam operationem intellectus ab actu phantasmatis differre, quia illa fundat veritatem, & falsitatem, non ite; prima quoque operatio distinguitur, licet nequeat esse sine phantasmatis.

CAPUT VI.

à tex. 40. vsq; ad 59.

62 Postquam Arist. legit in praecedentibus de potentis vegetante sentiente, & ratiocinante, qui sunt tres gradus animalium, percipit motum ad declarandum quartum gradum locomotivum, non ut canis, sed progressivo motu, quem gradum ultimo loco explicat, quia cognitionem aliquam, vel sententiam, vel intellectivam praetipponit. De quo duas movet dubitationes de principio huius motus effectivo, num scilicet sit aliqua facultas animae, vel ipsa substantia animae, & si est facultas, an sit aliqua ex hactenus explicatis, scilicet vegetante, sentiente, vel intelligente. Primo relativit negativè secundam quæstionem ostendendo principium regressivi motus non esse aliquid ex his facultatibus. Non est potentia nutritiva, tum quia motus progressivus est unitus, ac praeparationi imaginationem, & appetitum, quia sit ad prosequendum bonum, vel fugiendum malum, quibus caret plantae, nec facultas vegetativa, quae praeparationem: tum quia plantae progressivè moventur, habentque organa necessaria ad talem motum, nam non deficit natura in necessariis, & nihil facit frustra. Nec est virtus sensitiva, nam multa animalia carent illo motu, & immobiliter fixi in aëre, carentque instrumentis necessariis. Nec est intellectus, hic enim dividitur in speculativem, & practicum, non est intellectus speculativus, quia hic non tendit ad opus, sed in simplici contemplatione sitit, motus autem progressivus fit propter protectionem boni, vel mali fugam; nec est practicus, tum quia adesse quandoque dicitur practicum in intellectu, & minus sequitur motus. Nec tandem erit appetitus propter eandem rationem, multoties enim appetitus, quae

quae tamen non querimus, nec ullus sequitur motus, ut est in continentibus obtemperantibus rationi, non appetit.

63. Declarat deinde, quoniam sint principia huius motus, & ait esse duo, scilicet intellectum, & appetitum, adhaecque sub nomine intellectus comprehendit quoque imaginationem, quia non solum bruta, sed etiam homines quandoque ab imaginatione moventur, unde latius dicitur poterit principium esse appetitum, & cognitionem, non speculativam sed practicam; quod probat, quia motus progressivus fit propter aliquem finem obtinendum, vel fugiendum, sed tam appetitus, quam cognitio practica respiciunt finem illum, ergo erunt principia talis motus, appetitus quidem ut impellens, cognitio practica ut dirigens; Min prob. quia appetitus moventur ab appetibili ut a fine, non moventur autem, nisi sibi proponatur a potentia cognoscitiva practica, ergo utrumque concurrere ad hunc motum. Quae duo aut non ex se quoque concurrere, sed unum alteri subordinari, scilicet intellectus appetitum, nam licet intellectus semper sit rectus, id est habius primorum principiorum in rebus practicis, circa quae non contingit errare, nec circa conclusiones immediatè ex illis deductas, nihilominus contingit errare circa bonum in particulari, & quamvis intellectus rectè dicitur, appetitus tamen quando sequitur imaginationem, moventurque ab appetibili apparenter bono, quod est signum appetitum esse principale principium intellectus. Illum appetitum subdit in homine duplicem esse, alterum, qui rationem sequitur, & dicitur voluntas, seu rationalis appetitus, alterum, qui imaginatione ducitur, & vocatur appetitus sensitivus, qui duo differunt inter se, nam quandoque experitur in nobis duas contrarias appetentias, ut scilicet voluntas appetat, quod refugit appetitus sensitivus, vel contra; quae contrarietas præcipue provenit, quia aliquando unum appetibile est nunc bonum, sed in futuro erit nocivum, & quia sensus versatur solum circa praesentia, idcirco appetit illud obiectum, quicquid sit de futuro, at intellectus non solum est de rebus praesentibus, sed de praeteritis, & futuris, quae ratione volutat, quae ab intellectu ducitur, refugit obiectum illud tanquam futurum nocivum.

64. Postea enumerat omnia, quae concurrunt ad progressivum animalium, & ait tria esse, id, quod movet, id, quod movetur, & instrumentum, quo fit motus: quod movet est duplex, aut enim movet, & non movetur, aut movet, & simul movetur, principium movens immobile inquit esse appetibile, quod movet saltem motu intentionali appetitum, non tamen movetur; principium movens motum est appetitus, qui movet corpus, & movetur ab appetibili; sub quo etiam comprehenditur intellectus practicus, qui recipiendo speciem intelligibilem movetur ab appetibili, & simul movet dirigendo, quod simpliciter movetur, est anima, instrumentum vero est pars corporis, quae exercetur motus, de qua ait Aristoteles differendum in libro de part animal. primum, in summa, & breviter docet hanc partem esse, ubi potest esse principium, & hinc motus, debere esse immobilem, quod explicat exemplo cardinis portae, in quo motus incipit, & desinit propter convexum cardinis, & convexum portae; idem conspicitur in commensura ossium, quorum unum est concavum, alterum convexum, nec unquam separantur, sed concatenata ad invicem permanent; unde tunc in motu rotæ aliquid adest, quod est principium motus semper manens, qualis est axis, vel centrum, idem in motu animalis provenire est dicendum.

65. Tandem à tex. 36. duo facit, primo explicat, quo pacto in animalibus imperfectissimis adest principium motus, cum habeant tantummodo sensum tactus, deinde redit ad principium motum in homine, illudque magis declarat; ait igitur in animalibus imperfectissimis dari appetitum, quia datur dolor, voluptas, restringuntur enim, si pungantur, quod est signum doloris, dilatantur, quod est signum voluptatis, at dolor, & voluptas sunt in appetitu, si autem datur in illis appetitus, debet quoque dari imaginatio, & cognitio, quia appetitus non fertur in incognitum, quare isti dantur principium motus, at tamen sic appetitus est imperfectus, quia non fertur in obiectum convenientis, vel disconvenientis, nisi consensu modo, & indeterminatè, sic cognitio est imperfecta, imperfecto modo cunctatur. At in homine, qui est perfectissimus imaginatio, quae est deliberativa, estque conclusio syllogismi practici dicitur bona in particulari; deliberare vero est comparare multa sub una communi mensura (hæc est ratio convenientiæ mediorem in ordine ad finem) & quod convenientius est assumere reliquis prætermissis, quae ratione soli homini dicuntur convenire. At tamen quandoque in homine docet appetitum sensitivum vincere rationalem, quo casu homo duplici motu moventur, scilicet corporis, & utriusque appetitum, non enim voluntas aliud appetet ab appetitu sensitivo, nequit enim cogi, esseque hoc contra ordinem naturæ, nam superior appetitus subiecitur rationali, tunc ordinatè procedit, moventurque homo tribus motibus, scilicet motu corporis,

motu appetitus sensitivi (supposito quod appetit obiectum contrarium obiecto voluntatis, aliter duobus tantum motibus moventur) & motu voluntatis.

CAPUT VII

à tex. 39. usque ad finem.

66. In hoc ultimo cap. primo comparat animæ facultates inter se, quoniam scilicet sint necessariorum, quæque utiles tantum; & ait omne vivens necessarium habere nutritivam potentiam, non tamen indigere sensitiva; primam partem probat, quia vitæ tempus dividitur in incrementum, statum, & decrementum, quæ nequeunt exerceri sine potentia nutritiva: Secundam partem ostendit, quia si esset aliqua sensitiva facultas necessaria, hæc erit maxime tactiva, ut potest omnium prima, & communis, sed nequeunt plantæ habere hanc facultatem, quia hæc consistit in mediocri temperie primarum qualitatium, quæ plantæ caret propter nimiam terrestritatem. Quod spectat ad animalia, asserit omnia animalia necessarium indigere tactu, & gustu, quod probat, quia natura facultatem motivam concessit animalibus ob aliquem finem obtinendum, scilicet prosecutionem boni, & fugam mali, fed nequit hoc præstari sine tactu, & gustu, qui tactus quidem est, ergo &c. Dicit, conciliis non moventur loco, & tamen sentiunt, ergo possunt hoc facere sine his sensibus; respondet non moveri, quia alimentum semper conjunctum habent; adhuc tamen exigitur tactus. Dicit, etiam homo est rationali facultate præditus, ergo sine sensu non posse fieri acquirere bonum, & noxium refugere. Respondet non posse fieri, quod corpus aliquid fit anima rationali informatum, & non sit sensibile, quia hæc unum corpus, & animæ, nec in bonum animæ efficit, hæc enim corpori unitur, ut ministerio corporis rerum cognitiones acquirat, quod nequit fieri sine sensibus; nec in bonum corporis cadet, quia non ob id corpus fieret firmius, & diuturnius. Probat adhuc principale intentum, scilicet solum tactum, & gustum esse sensus necessarios simpliciter animæ, reliquos vero secundum quod; nam omne corpus est tangibile, & tactu sensibile, etiam corpus animalis, unde poterit offendi à tangibilibus qualitatibus, ergo possit conservari, necessarium debet illas cognoscere, ut noxias refugiat, proficias profuegat, ergo necessarium indiget sensu tactus; quæ ratio non urget in plantis, & aliis corporibus, quia non exigit temperamentum primarum qualitatium in quadam moderata mixtione, ut animalia, est etiam necessarius gustus, quia est tactus quidam, & versatur circa alimentum, quod est tangibile, quare debet animal illud cognoscere, ut possit noxium à proficio discernere, & vel maxime quod hi sensus agunt per medium internum, non externum; reliqui vero sensus non sunt ita necessarii, quia obiecta ipsorum, nec sunt destructiva corporis, nec nutriunt, & agunt per medium externum, solum sunt necessarii secundum quod, quatenus interveniunt motui progressivo, quo mediante possint acquirere alimentum diffusum.

67. Secundo, probat propositionem quandam, quod corpus animalis necessarium mixtum debet esse, non simplex; quia omne animal debet habere sensum tactus, qui sensus consistit in temperie primarum qualitatium, ergo corpus animalis, quod est tactum, in tali temperie consistit, & sic erit mixtum, non simplex; tum quia tactus non tangit per medium, scilicet medio aliquo simplici corpore; puta aere, vel aqua, sed ad solum medium mediante carne, quæ est medium internum, ergo non est corpus simplex, sed mixtum. Prob. consil. quia unumquodque organum proportionatur cum medio proprio.

Ex his omnibus deducit primo, quod destructio tactus necessarii destruit animal, quia tactus est sensus simpliciter animalis necessarius; unde quod habet hunc sensum, necessarium est animal. Secundo, quod exuperantia, & excellentia sensibilia corruptentia sensum tactus sunt quoque corruptiva ipsius animalis, quod sine tactu conservari nequit. Tertio, solum tactum esse simpliciter necessarium animalis, reliquos sensus tantum requiri ad bene esse, non ad simpliciter esse, videtur enim esse necessarius, ut videat in perspicuo scilicet aere, & aqua, gustus propter iucundum, & molestum, ut scilicet percipiat, quodnam alimentum verum, vel officit, auditus ut significetur aliquid ipsi animalis, lingua ut significetur aliquid alteri, de olfactu non loquitur, quia clarum est inter omnes sensus esse minime utilis. Ubi not. quod gustus, si sumatur secundum se, non est simpliciter necessarius, sed solum ad percipiendum voluptatem, quæ movetur animal ad querendum cibum, & in hoc sensu loquitur hic Aristoteles alio modo sumitur, quatenus est tactus conjunctus in eodem sensorio, & hoc modo est simpliciter necessarius, & in hoc sensu est intelligendus Aristoteles, dum superius hoc asseruit de gustu.

QUÆSTIO PROOEMIALIS.

Quodnam sit horum librorum subiectum.



Uod primò in aliquo tractatu præcognosci debet, est materia, seu subiectum, de quo instituentis est sermo, & ad quod omnia dirigi debent, idcirco præsentem quaestionem præmittimus.

Prima opinio est Pauli Veneti, Tat. i. de An. q. 1. Joan. de Mag. ibid. An. Andr. q. i. Met. ad 2. princ. Hurt. Ariag. & aliorum, solum ens corpus animatum esse subiectum. Communior ponit animam ipsam pro subiecto, ut Regentes Parisienses in suo cursu philosophico ad mentem Scoti olim ab ipsis edito (ex quo deducitur Collegium Cominbr. Complut. & alia non esse Recentiorum inventum) diu à nobis in quæplurimis, & per vetulas bibliothecas sedulo perquisito, & nunc demum reperto; in quaestionebus igitur super librum primum Arist. de Anim. q. i. quæst. collater. 2. docent animam hic esse subiectum, sequitur Ruvius hic, qui multos alios citat. Inter has opiniones mediant Comibr. distinguunt enim, quod hi libri possunt considerari duplicitè, vel ut simpliciter cum libris parvorum naturalium constituant unam partem philosophiæ, & in hoc sensu subiectum erit corpus animatum, vel ut sitaerit considerantur, & hoc modo est anima ipsa, quod etiam amplectitur Joan. de S. Thom. Alter tamen distinguunt Complasserunt enim, animam esse obiectum formale quoque, corpus vero animatum esse obiectum formale quoque.

Dicendum est, si subiectum partiale proprie sumatur, corpus animatum erit subiectum; si vero ample accipiatur, sic anima ipsa in communi, ut est principium viventium statui potest pro subiecto. Conclusio ferè asseritur à Comibr. probatur, & explicatur ex his, quæ diximus disp. 12. Log. q. 2. art. 1. subiectum enim partiale propriè loquendo est species alius contenta sub obiecto totali, eo quia in scientia qualiter distinguit debet subiectum, passio, & principium ex t. post. 25. quod habet tantum rationem principii in scientia, non potest considerari ad subiectum, sed anima non est species contenta subiecto aequo philosophiæ, quod est corpus naturale, fed principium constitutum aliquis speciei sub illo contentæ scilicet corporis animati, ergo corpus animatum erit subiectum proprie loquendo, non anima. Ruvius distinguit majorem, quod non est necessarium subiectum parvorum naturalium debere sub aequo, ita ut de illo prædicetur in recto, sed sufficit, ut in obliquo prædicetur, quo pacto ens naturale prædicatur de anima, de qua est verum, quod sit pars entis naturalis.

2. Sed contra, quia si etiam passio aliquid statui potest pro subiecto, & esset confundere rationem subiecti cum ratione principii, & passionis. Tum quia corpus animatum est præcipua pars contenta sub corpore naturali, ergo per se debet considerari in aliqua parte principii philosophiæ, & non sufficit, ut ait Ruvius, per se agi de anima, & de illa probari passiones tanquam de principio, fatisset illas applicari corpori non sufficit, quia non esset processus illis scientiis, passiones enim demonstrari debent de subiecto primo, per se, & immediato, & licet anima sit principium formale, non tamen est aequatum, hoc namque est tota quædams, tum quia per se intantum à scientia est subiectum quod se habet ut finis, principia vero, & debet agere sub intento propter subiectum, ergo scientia per se debet agere de subiecto, & non secundario, ut possibile est cognosci ex cognitione tantum principii. Non consideratur tamen aequatum nisi in libris de An. de part. & intellectus animæ de sensu, & sensibilibus, & cæteris, qui de parvis naturalibus dicuntur; ratio est, quia corpus animatum tunc perfecte cognoscitur, quando consideratur quoad formam, quæ est anima, quoad materiam, quæ est corpus, & quoad proprietates, ut sunt operationes vitales, & similia: prima cognitio habetur in lib. de An. secunda in lib. de part. intellectu, & hinc animæ tertia habetur in reliquis libris de parvis naturalibus, unde fallum est, quod ait Ruvius de corpore scilicet animato in lib. parvorum naturi in his enim non habetur aequata cognitio, ergo corpus naturale animatum erit subiectum in his lib. de An. neque ex hoc, quod solum in his agit de forma, idcirco, non debet dici subiectum istorum; nam sicut subiectum aequatum, & totale dicitur subiectum etiam in illis libris, in quibus agit de principii ipsius, ut corpus naturale non solum dicitur subiectum in octo libris Phys. sed etiam in primo, & secundo, ubi agit de principii, aliter in nullo libro statui potest pro subiecto, quia in quolibet ferè vel agit de aliquo principio, vel de aliqua passione; idem quoque erit dicendum de subiecto partiali.

3. Ex quibus inferas hos libros de An. vera non constituit partem aliquam aequatam philosophiæ, nisi simul cum aliis libris immantur, in quibus omnibus habetur completa tractatio corporis animati, nam sicut anima est ens dimidiatum non propter se considerari in philosophia, sed in gratiam viventis, quod constituit, ita, & cognitio de anima non erit pars quædam completæ, & principii in his philosophiæ, fed partialis, & dimidiata, scientia enim totalis habet dividi ad divisionem ad quod obiecti, & quo sumit etiam unitatem, unde Arist. Meteor. in fine proponens ea, de quibus agere deinceps intendit, non proponit animam, sed animalia, &

plantas, signum evidens hos libros de An. qui immediatè post libros Meteor. ponuntur, non haberi ab Arist. tanquam partem principalem philosophiæ, nisi ut cum aliis unum completum tractatum integrant.

4. Si tamen subiectum partiale improprie, & ample sumatur, ut scilicet supponit proximè eo, quod aliquo modo consideratur scientia, sic anima (statui potest subiectum; quia verè hic Arist. agit de ipsa anima tam in se, quam quoad species, ut se explicat in prin. & in lib. de sensu, & sensib. in prin. agit tamen de ipsa, non quidem omnibus modis, quibus est cognoscibilis, aliter nullo modo spectaretur Metaph. ergo sub modo special, qui convenire debet cum modo definiendi, nam & definitio, & ratio formalis considerandi sunt media in demonstratione, ergo quia anima hic definitur ut principium, & forma corporis animati, ut videlicet, idèd. & cum dicitur autem considerari ut principium, non loquitur formaliter pro illa relatione, sed fundamentaliter competente illa, & fundamentaliter ratione illius relationis principii, ut sic enim est de essentia corporis animati, illudque constituit. Quod ajunt Complut. illa distinctio obiecti formalis 2. quæ, & Quod, prodest ex falsa explicatione horum terminorum, de quibus fuse egimus in Log. dil. c.

5. In oppos. obicitur, quod corpus animatum non subiectum in his libris. Tum quia hic non consideratur omnia, quæ spectant ad corpus vivens, ut patet. Neque est dicendum hos libros integrum tractatum de corpore animato componere cum reliquis libris de animalibus. Non valet ait Ruvius quia hæc aguntur, non considerantur primò vivens, sed anima, & illa mediantem competente corpori, ergo etiam si unam partem consiciant cum reliquis libris, illos potius ad hos libros de An. reducere debemus, & consequenter ad eorum subiectum, quod est anima, quam è contra. Tum secundo, quia cognitio potentiarum, passionum animæ, & ipsius corporis dependet ab ipsa anima per se primò, quæ cognita, & quibus passionibus, & potentiis de illa probatis, nil superfluum bandum, & cognoscendum, ergo licet in esse anima dependeat à corpore, in cognosci tamen oppositum est verum. Tum tertio, quia passiones animæ rationalis non solum illi conveniunt ut principio, sed etiam ut subiecto, ipse enim est, quæ immediatè intelligitur, & vult; ego cognitio hominis ut intellectivi dependet ab ipsa anima, & tamen de homine ut rationali non agit in reliquis libris, sed in istis, ergo hic anima, non corpus erit subiectum. Tum quarto quia hæc scientia non esse nobilior cæteris contra Arist. in tex. leg. prob. quia nobilior scientiæ ab obiecto, corpus animatum inter cætera physica entia non est nobilior, nam genes, sicut est corpus animatum, est imperfectius specibus, ergo species huius corporis, si sunt perfectiores, constituent perfectiores scientias. Tum quinto, quia anima hic definitur, de ipsa demonstratur passionibus, & omnia hic considerata habent attributionem ad ipsam, quæ sunt conditiones subiecti, ergo &c.

Resp. ad 1. ut ibi, ad primam impugnationem, præterquam quod assumptum universaliter intellectum est falsum, quia potentia vegetativa, & sensitiva complete, de quibus hic agit, conveniunt primò toti composito; tamen hoc etiam admodum, negativum sequatur, quia non solum in esse erit anima, & cognitio ipsius ordinabilis est ad corpus, & cognitionem ipsiusdem, fed etiam in esse scilicet, nam finis philosophiæ est tradere completam cognitionem corporis naturalis in communi, & specierum, & quicquid considerat, in gratiam istorum contemplatur, unde in tantum de anima agit, in quantum interservit cognitioni corporis animati, quod est præcipuum subiectum. Ad 2. per idem patet, quod cognitio passionum corporis animati per se primò non dependet ab anima, sed forma totius, per se secundò ab anima tanquam à principio; principium negatur tamen consilium sequetur non corpus naturale, sed substantialem formam esse subiectum in philosophia, quia cognitio corporis est cognitio formæ dependet; hinc non ex dependet, sed ex intentione artificis defendendum est subiectum, ut dicitur est in Log. disp. cit. tum quia etiam anima in esse rei ad corpus animatum ordinatur tanquam pars ad totum. Ad 3. dicitur passiones animæ rationalis convenire ipsi animæ conjuncte ut 2. quæ, non ut 3. quæ, actiones enim suppositorum, ut diximus disp. 3. Phys. q. 13. art. 1. ad 7. Ad 4. sequitur contra ipsam Ruvium quod animam in communi esse subiectum, sed rationalem, quia hæc est nobilior, concludit igitur, quod inter parciales tractatus huius corporis animati pars illa, quæ est de homine, est nobilior; at loquendo de partibus principioribus, hæc, quæ est de corpore animato, est præcipua in philosophia. Ad 5. probat ultimam partem nostræ conclusionis; tum quia non omnia considerantur in gratiam animæ, nam ipsa anima consideratur in gratiam alterius scilicet corporis animati.

7. Secundo arguitur contra aliam partem, quod hic anima in communi possit dici subiectum largo modo, nam sequeretur, quod etiam hic deberet agi de anima rationali, quæ est pars subiectiva animæ in communi, hoc autem est falsum, quia anima rationalis non est physice consideranda; quod prob. præcipue est Arist. de part.

part. anim. c. 1. ubi ex professo movens hoc quæsitum, negative illud resolvit. & probat multis rationibus; quarum prima est hæc; quod scilicet sequetur nullam aliam dari scientiam præter philosophiam, nam intellectus est omnium intelligibilium, & ad eandem scientiam pertinet agere de relativis, ut ad eandem attinet sensus, & sensible; alias rationes adducit, quas retulimus disp. 9. Phys. qu. 2. ar. 2. in 3. arg. princ. contra conclus.

Pro hujus solutione est breviter videndum, num anima rationalis sit physice consideranda, de aliis enim non est dubium, cum sint formæ corruptibiles in materia immerse sicut cæteræ formæ substantialiter. Quidam absolute negant ad physicum pertinere, ita Boet. Philo. Them. & alii apud Ru. q. 1. Proem. de An. ex nostris Vulpes 2. p. 10. 2. disp. 44. ar. ult. sed afferunt esse considerationis metaphysicæ, vel eandem mediæ scientiæ inter philosophiam, & metaphysicam. Alia extrema opinio sustinet totaliter ad physicum spectare, ita Gandau. Morif. & Hur. in Proem. lib. de An. Alii distinguunt de anima, & secundum varias considerationes ad utramque pertinere; sed discrepant, nam Suarez disp. 1. Met. sect. 2. n. 18. & Conimbr. hic. q. 1. ar. 2. sustinent animam rationalem, ut corpori conjunctam, esse physice considerandam, ut à corpore separata, metaphysice. Tol. verò qu. 3. Proem. ait etiam ut corpori conjunctam aliquando metaphysicam attinere, quatenus scilicet elevatur ad sublimiorum rerum contemplationem nullo modo dependentem ab operatione phantasiæ.

8. Dicimus tamen, quod anima rationalis, ut corpori unita, nullo modo, & separata nullam operationem spectat ad metaphysicum, ut verò fecunda solum attinet ad metaphysicum secundum ea, quæ sunt propria illius status; ita Ru. cit. Prima pars, quod ut conjuncta sit omnino physice scilicet hominis, ut dicemus disp. 1. eq. q. 4. ergo ut sic sit physice considerandam, quia ejusdem scientiæ est consideranda totum, & partes, effectus, & causas; tum quia ut sic verè est natura, ut ostendimus disp. Phys. cit. & quoniam ut unita secundum omnes operationes dependet à phantasiæ, ut dicemus disp. 6. q. 1. ubi etiam objectiones solvemus, ergo ut sic nullo pacto spectat ad metaphysicum, patet conf. nam Tol. idcirco oppositum asserit, quia sustinet in aliquibus operationibus animam ut unitam à phantasiæ non dependere. Secunda pars, quod ut separata sit etiam physice considerandam, Prob. quia ut sic adhuc ens incompletum, & dicit essentialia habitudinem ad corpus, ergo secundum ista prædicata non abstractit à materia sensibili. Tandem, quod secundum prædicata illi status convenientia ut per se subsisteret, à corpore independentem operari, & similia pertinet ad metaphysicum, patet, quia ut sic abstractit à materia sensibili; loquimur autem præcipue de philosophia pro statu isto.

Ex his ad rationem concedimus seq. & negamus falsitatem ad probationem ex Arif. jam diximus disp. cit. Phys. rationem illam esse probabilem cum Mirandulano, non demonstrativam; deinde dicimus Arif. loqui de anima separata secundum ea prædicata, quæ ut sic ipsi conveniunt, quod patet ex ultima ratione, quam ibi adducit, quia scilicet est à materia abstracta, quod non convenit animæ, nisi sub tali consideratione; & rectè concludit prima ratio ipsius, nam si Philosophus consideraret intellectum abstractum à materia, consequenter & omnia intelligibilia abstracta deberet considerare, undec non daretur metaphys. sequitur etiam à fortiori, quod deberet considerare ea, quæ solum secundum considerationem, & non secundum abstractant à materia, ut sunt entia mathematicalia.

9. Dices, ergo quia metaphysice est de intellectu abstracto, qui est omnium intelligibilium, etiam materialium, nulla alia erit scientia præter metaphysicam. Tum quia intellectus conjunctus

est omnium intelligibilium etiam abstractorum à materia 3. de An. 4. ergo Philosophus de omnibus his agere debet, & sic nulla alia scientia. Resp. totam vim hujus rationis consistere in illa propositione, quod relativorum est eadem scientia, quæ est vera, quando ista relativa secundum eundem considerandi modum se respiciunt, & considerantur, præcipue relative secundum dici; non tamen est vera, si unum relativum consideretur uno modo, alterum debere etiam secundum alium modum considerari; hinc ad rationem dicimus, non concludere de metaphysica, sicut de philosophia, quia metaphysica considerat intellectum solum ut abstractum à materia secundum esse, & secundum considerationem, & consequenter intelligibile correspondens ut correlativum hoc modo debet considerari; & quia non considerat intellectum ut materiae conjunctionem, nec intelligibile ut se considerat, hinc remanet philosophia, quæ res materie immerfas considerat, remanebit etiam mathematica, quæ tantum res abstractas secundum considerationem contemplatur; at si philosophia esset de intellectu separato, haberet duos modos considerandi, scilicet proprium, quod est de rebus materialibus & principalioribus, qui est de rebus abstractis secundum esse, & considerationem; ex quo sequitur, quod habet tertium, qui est mathematica, juxta regulam illam si de quo minus videtur in esse, & inest, ergo, & de quo magis. Ad aliud dicimus, quod licet intellectus conjunctus sit de omnibus, non tamen sequitur de illis omnibus debere philosophum agere, quia non omnia habent eundem considerandi modum cum intellectu conjuncto, sicut se habent sensus, & sensible. Alias rationes circa hoc dubium solvimus disp. 6. Phys. cit.

10. Ex quibus omnibus primò deducitur, scientiam hanc de anima inter prima, ut ait Arif. in Proem. collocandam esse, non quod omnes alias certitudine, & nobilitate superet, nam metaph. & quoad nobilitatem objecti, quod est ens, Deum sub se continens, & quoad certitudinem demonstrandi, non quidem quoad nos, sed quoad naturam, quia est de notioribus natura, excedit hanc scientiam, & mathematica superat quoad certitudinem demonstrandi quoad nos; superat tamen ab ipsa quoad nobilitatem objecti, quia est aliquid substantialia, & in certitudine demonstrandi quoad naturam; superat etiam metaphysicam quoad certitudinem demonstrandi quoad nos, evidenter etiam nobis est scientia de anima, de qua habemus aliqualem experientiam, quam metaphysicæ, excedit etiam omnes partes philosophiæ naturalis, quia in reliquis libris agit de corpore aliquo inanimato, vel communi, & quavis in 8. Phys. agatur de primo Motore, non tamen ut de subsedo, vel secundum rationem essentiali, sed potius secundum rationem accidentalem, puta movens, & ad hanc rationem omnia attributa, quæ ibi considerantur, habent attributionem; verum est tamen, quod ea pars, quæ est de corpore animato, quæ ex istis libris, & reliquis supra enumeratis integratur, excedit illam, sicut notum excedit partem, at tamen inter partes istas hæc est perfectior, in qua de principio formali animati corporis agit; hinc patet, cur inter primas sit enumeranda. Secundò deducit tractatum istum maximam utilitatem afferre, nam obiectum, quod est anima, modo jam dicto, maximam similitudinem habet cum Intelligibilibus, & consequenter conferat ad ipsarum cognitionem; est utilitatem Philosophiæ morali, quæ tota in actibus rationalis animæ versatur, & in habitibus; juxta Theologiæ, quæ agit de ultimo fine hominis, & de mediis, ut sunt actus, & auxilia supernaturalia habitus infusi, &c. quæ omnia in anima reperiantur, unde cognitio præsupponitur animæ, & capacitatis potentiarum; conferat tandem omnibus scientiis, quia quilibet scientia est habitus intellectualis, ergo cognitio intellectus, & principii, & subjecti, scilicet animæ, est maxime utilis.



# DISPUTATIO PRIMA.

## De essentia, & speciebus Animæ.

Absolvimus hucusque mundi tractationem universam; jam enim in illis, qui de Cælo sunt, libris desideribus, deplanetibus, de spheris, & de quadruplicata magnorum corporum mole, quæ satis erant, explicavimus; ubi de mixtis quoque imperfectis, ut sunt *Mithras*, quasi obiter egimus; in libro de ortu, & interitus; quæ ad corpus mixtum, ejusque mutationem attinent, expendimus; integer tamen adhuc mundus superest contemplandus, qui non Microcosmus dici debet, ut multorum ferè opinio, sed mundus magnus; in parvo hoc mundo collocatur, quo loquendi genere utitur *Nazanzenus*. *Est enim corpus animatum sit in his libris subjectum, homo tamen præ reliquis consideratur totius mundi summa, siquidem cum sit mediæ naturæ, extremas partes representat, superiorem ut imago, inferiorem ut exemplar. Hujus igitur animati corporis, & hominis præcipuam partem scilicet animam in hoc toto suscipimus examinandam, & prout feret occasio, aliqua etiam de corpore, cujus anima ponitur actus, contemplabimur. In presenti agemus de quidditate ipsius animæ, & speciebus scilicet vegetativæ, sensitivæ, & rationali.*

### QUESTIO PRIMA.

Explicatur prima definitio Animæ.

**R**eligio Antiquorum opinionibus, quæ fuscæ Arif. impugnant in primo libro, definitur ab ipso Anima in 2. lib. text. 6. quod sit *Animæ primus corpus physice organis potentia vitam habentis*; & ut exactè hanc definitionem declaramus, singulæ particule sunt ponderande.

Dicitur primò, quod sit *Animæ*, circa quam particulam tria occurrunt. Primum, an sit actus substantialis, vel accidentaliter; Secundum si substantialis, an sit aliquid corpus, vel simplex actus; Tertium si est simplex actus, an sit assilens, vel informans.

Circa primum dubium, multi ex Antiquis putarunt esse accidens quoddam, quibus accedit Gal. lib. de locis affectis c. 6. & alibi, dicentiam esse temperamentum primarium qualitatum, & cum istis immutari. Sed falsitas hujus dicti prob. quia vivens, & non vivens differunt essentialiter, & nonnisi per animam, corpus enim est quod commune, ergo anima non est accidens, sed substantialia. Tum quia quælibet substantialia corruptibilibus est ex materia, & forma composita, ergo vivens erit huiusmodi, cujus forma non est, nisi anima. Tandem principium motus, & operationum est natura, quæ est substantialia ipsius rei naturalis, non accidens, sed in vivente sunt alique operationes, quæ non sunt in cadavere, ut nutriti, sentire, moveri, intelligere, velle, &c. ergo principium talium operationum erat quædam substantialia, quæ in corruptione viventes recessit, talis est anima.

2. Dices, anima est, quæ perennitè moritur animal, sed dissoluto temperamento moritur animal, ergo &c. Tum 2. passiones, est amor, ira, odium, &c. quæ ab anima communitè dicuntur provenire, ortum habent à temperamento, nam melancholici proni sunt ad tristiitiam, colerici ad iram, ergo &c. Tum 3. definitio substantialitè non est per additamentum 7. Phys. 14. definitio animæ est data per additamentum, ergo. Tum 4. vel substantialia prædicatur denominativè de anima, & habetur intentum, vel quidditivè, & sic directè collocatur prædicatum, quod est falsum. Tum 5. anima advenit enti completo, scilicet corpori, ergo est accidens.

Resp. ad 1. etiam in non viventibus corruptis primis qualitibus corruptiunt corpus, & tamen adest forma substantialis; dicimus ergo majorem esse veram de perennitè tanquam consistente vivens in esse, minorem tamen procedere de perennitè tanquam dispositione necessaria ad conservationem viveatis. Ad 2. per idem, quod temperamentum sit dispositio, non causa principialis, quia talis necessariò est substantialia, ad 3. majorem esse veram, quando substantialia consideratur absolute, non verò quando contemplatur in ordine ad aliud, & ut pars, nam ut sic non potest haberi conceptus quietativus, nisi in nervis, intelligentia Cælo; quo notato dicimus, animam esse formam substantiali, & accidentalem, quod in definitione substantialis formæ quod addit, facit unum per se cum forma, ut in proposito est corpus, at in definitione formæ accidentalitè additum non facit unum per se cum illa; ita Scot. 4. d. 12. q. 1. l. Ad 4. patet ex dictis in Logica disp. 7. q. 1. ar. 1. quænam substantia prædicatur quidditivè de partibus substantialibus, ut denominativè, & quænam consistit generalissimum prædicamentum substantiæ, vide ibi. Ad 5. corpus pro altera parte est ens essentialitè incompletum, quævis constituitur ex materia, & forma, eo quia forma corporeitatis est anima subordinata ex dictis in Phys. disp. 5. q. 6. art. 1.

3. Circa secundum dubium, multi ex antiquis docuerunt esse corpus. Hoc tamen est falsum, quia anima est simul cum quolibet corporis parte, duo corpora naturalitè nequeunt simul esse. Tum quia non est corpus cælesse, nam habent diversâ accidentia specie distincta, Cælum enim est inalterabile, solidum, diaphanum, anima est alterabilis, & propriè, neque solida, ut mollis, neque diaphana, aut opaca dicit potest, neque est corpus elementare, qui non habet determinatè motus ad sursum, & deorsum, ut illa; neque mixtum, quia hoc etiam est determinatum ad motum à prædominante elemento; nec posset cognoscere multa accidentia, cognoscens enim debet

esse denudatum à natura cogniti, ut suo loco dicemus. Tum quia anima rationalis est spiritalis, ut dicimus; ergo anima in communi, quæ est genus, nequit esse corpus.

Dices, Arif. 2. de Gen. animæ 3. ait: *Sed enim omnis anima, si quæ vivens, suæ potentia corpus aliud participare videtur, idque magis dicendum, quam ea, quæ elementa appellantur*; hinc D. Aug. 22. de civit. c. 11. ait. Arif. hujus opinionis fuisse; immò multi Sancti Patres hoc idem asserunt de anima rationali, nam D. Aug. Epist. 18. ad D. Hier. vocat animam corpus, & in Conc. Nicæno 1. act. 5. approbat dictum Joannis Episcopi Theosalonicensis dicentis, non solum animam, sed Angelos quoque corporeos esse, unde inserit piùm esse usum pingendi Angelos corporeos. Tum 2. omnis cognitio fit per similitudinem quandam ex 2. de An. 62. sed anima cognoscit corpus, ergo &c. Tum 3. anima patitur à corpore, ut patet in phlegmæ, & ebrietate, & 3. contra corpus ab anima, ut in pallore ex timore proveniente, sed ad mutuam actionem requiritur contactus, qui solum est inter corpora, ergo &c.

4. Resp. ad 1. Arif. vel loqui ad mentem Academicorum asserentium animam ante corporis unionem corpore illustri gaudere; vel si ad mentem propriam, non dicere animam esse corpus, sed habere corpus quoddam nobilissimum elementis, quale præcipue est nostrum; D. Aug. autem hoc attribuit Arif. ex Cic. 1. Tulcul. qui primus hoc dictum impoluit Arif. cum tamen 1. de An. cap. 5. clarè hoc contra Democ. impugnet. Ad Patres, & D. Aug. dicimus in eodem ibidem corpus tripliciter sumi posse, primò pro omni natura, & essentia per se existente, quomodo convertitur cum substantiali, & potest Deo convenire; Secundò pro natura limitata in certo genere, & determinatè, loco existente, extra quem non reperitur, & sic solus Deus est incorporeus; & in hoc sensu intelliguntur Patres; Tertiò, pro entitate extensa, & divisibili in partes quantitativas, quo sensu nos loquimur, & ut sic animæ non convenit, ut se declarat D. Aug. Concilium verò solum approbat intentum præcipuum illius Episcopi, nihil curando de ratione. Ad 2. patet suo loco, pro nunc dicimus ex Scot. p. d. 3. q. 3. Cad cognitionem non requiri similitudinem in modo esse, ut patet in cognitione sensitiva, sed similitudinem intentionalem per speciem, & in esse cognoscibili, species enim sunt similitudines virtuales obiectorum, quæ non sunt semper requiri contactum mathematicum, quantitativum, sed quandoque sufficere virtuale, qui non semper est inter corpora. Accedit, assumptum esse verum de actione per primas qualitates facta.

Circa tertium dubium, forma informans est, quæ materiam substantialitè informat, & dat esse specificum composito, tanquam differentiam generi addita, forma assistens est, quæ rei in proprio esse constituit advenit, & non dat ei aliquid esse, sed solum aliquam operationem; ad quam est in potentia, ut nata nisi, intelligentia Cælo; quo notato dicimus, animam esse formam informantem non assilentem, quia dat viventi esse specificum, de quo tamen agemus ex professo quæst. 4. Est igitur anima actus substantialis informans; ubi ly actus circumferit fundamentum illius actualionis, quod est illa partialitè entitas; & loco hujus particule in textu quædò habetur *Entelechia*, qui terminus non significat continuatam actionem, ut putavit Cicero 1. Tulcul. sed actum, seu formam completam, & consummatam, à qua res totalitè compleitur in esse ultimo, ad differentiam formæ corporeitatis, quæ est in potentia ad ulteriorem actum. De hac voce *Entelechia* multum contendunt Expolitores: qui gaudent legere quætionem de nomine, legant præcipue Dand. lib. 2. digest. 1. Dices, postquam Arif. hanc tradidit definitionem, inquit, non adhuc constare, an anima sit informans, vel assilens, ergo hic per actum non intelligit informantem. Resp. non constare, quia adhuc non probavit, non quomodo ita definitio non sit intelligenda.

5. Dicitur secundò, *Primus*, pro cuius noticia advertendum, actum dici primum quadrupliciter; Primò simpliciter, & sic solus Deus dicitur actus primus; Secundò, qui primò informat materiam, & sic non anima, sed forma corporeitatis, dicitur actus prius in vivente; Tertio,